

*Albengae (Albingauni) in ora Liguria (V 7781 vidit Mommsen). — 1) Recepti Constantius Gallos a. 535 devicto Magnentio. Pace deinde facta cum Alamannis a. 534 Constantius venit Mediolanum, quo tempore videtur Ligures constituisse et Albingaunum oppidum restituisse (Mo.).*

**736** patris opus munusqu[e suum] tibi, Roma, dicavit  
Augustus [toto Constan]tius orbe recepto,  
et quod nulla tulit tellus nec viderat aetas  
condidit, ut claris exa[egu]et dona triumphis.

5 Hoc decus ornatum genitor cognominis urbis<sup>1</sup>  
esse volens, caesa Thebis de rupe revellit.

Sed gravior divum tangebatur cura vehendi,  
quod nullo ingenio nisuque manuque moveri  
Caucaseam molem discurrens fama monebat.

10 At dominus mundi Constantius, omnia fretus  
cedere virtuti, terris incedere iussit  
haut partem exigua[m] montis pontoq. tumentis

credidit, et placido [vexerunt aequora flu]ctu  
litus ad Hesperium, [Tiberi] mirante, carinam.

15 Interea, Romam ta[etr]o vastante tyranno,  
Augusti iacuit donum, studiumque locandi<sup>2</sup>  
non fastu sprete, sed quod non crederet ullus,  
tantae molis opus superas consurgere in auras.

Nunc veluti rursus ruf[is] avulsa metallis  
20 emicuit pulsataque polos. haec gloria dudum  
auctori servata suo cu[m] caede tyranni  
redditur, atque aditu Ro[mae vi]rtute reperto  
victor ovans urbiq[ue favens sublim]e tropaeum,  
principis et munus cond[it decorat]que triumphis.<sup>3</sup>

*Romae in quattuor lateribus basis obelisci qui rep. in Circo maximo a. 1387  
mox collocatus est ante ecclesiam Lateranensem, sed basis (praeter frustula exigua)  
periiit, accurate descripta tantum in libro Mercatii de obeliscis edito a. 1389 (V 11165).  
De hoc obelisco iussu Constantii in Circo maximo erecto a. 537 dixit Ammianus  
Marc. 16, 10, 17, 4, 12 seq. — 1) Constantinopolis. — 2) Iacuit studium locandi doni  
(Buecheler). — 3) Sic fere supplavit Buecheler.*

**737** [I]b[e]r[atoribus] | orbis Romani, con[servatoribus] rei p. | et omnium  
provincial., | dd. nn. Fl. Iul. Constantio | Aug. et Fl. Claudio | Constantio  
Caesari.<sup>1</sup>

*Taurinis, columna miliaria (V 8075). — 1) Ita dictus Gallus, frater patruelis  
Constantii, Caesar factus a. 531, occisus a. 534.*

**738** d[d. n]n. | [C]onstant[ius] victor ac | [t]riumphat[or se]mper Aug.  
et | ! ! ! ! !<sup>1</sup> | nobiliss[imus] C[ae]sar pro | virtutum [meritis] et laboru[m] |